



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

87 Vt Ob Missas Cantandas Et Legendas pecuniam exigant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

Substantiam tantum non absument. Postq; enim altaris , ba-
ptismiq; sacramenta administranda sunt, Primus, Septimus
Tricesimus , Anniversariusq; dies peragendus , auricularis
confessio audienda, mortui sepeliendi; & quicquid deniq; res
liquam est , quod ad vita functorum ceremonias obseruan-
das operè premium arbitrantur , id gratuito faciunt nequaq;,
sed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum misera
plebecula, vel cum summo suo dispēdio præstare difficulter
potest , talesq; exactiones vscq; ad summum indies augent,
atq; accumulant; nōnunq; quoq; excōmunicationis fulmine
ad soluendum adigunt; plerosq; etiam , quibus per inopiam
non licet ad celebranda vita functis obsequia, anniversarios
& alias eius farinæ ceremonias, cōpellere conantur.

VT OB MISSAS CANTANDAS ET LEGENDAS
pecuniam exigant.

87 Neg; hoc præteriri potest, quum non minimū sit, quo Ger-
mani præmantur, q; sacerdotes vnius diei missas , ad quas
alias fundationis, seu annuæ recordationis iure celebrandas
obligātur, non semel, sed quater, quinquies, pluriesue venun-
dant; vnaq; missa, duobus, tribus, aut plurib^o. Ecclesiasticis
beneficijs satisfacere præsumunt.

QVO PACTO PARROCHI, A SVIS PAR-
rochialibus subditis , vbi domicilium mutare voluerint, pe-
cuniā emulgeant.

88 Item, sicubi curatē ecclesiæ subditus domicilium matrimo-
nij, seu alterius cuiuspam negocij causa, in aliam transferre
parochiā, animo secum volutat, non prius migrandi licen-
tiam a parrocho impetrat, q; vbi pro testimonialibus literis
aureum numerauerit nummum: quem si soluere vel nolit,
vel ægestate pressus, non possit, sacramentorum interdicto,
donec satisfecerit, multatur. Ex hoc itaq; ac cæteris suprata-
ctis oneribus & grauaminibus facile deprehenditur, mirūq;
in modum emicat, q; omnia Ro. Ecclesiæ sacramenta ijs , qui